Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36903
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



aut cymbalum tinniens Et si habuero prophetiam et sciero
omnia sacramenta et si habuero omnem fidem ita ut mon-
tes transferam caritatem autem non habeam nihil sum Et si distri-
buero omnia mea pauperibus et si tradidero corpus
meum ut ardeam caritate autem non habeam nihil mihi
prodest Caritas magnanima est benigna est Caritas
non emulatur non agit perperam non inflatur non dehonestatur
non querit que sua sunt non irritatur non cogitat malum
non gaudet super iniquitate gaudet autem veritati Omnia tole-
rat omnia credit omnia sperat omnia sustinet Caritas
nunquam cadit Et paulo post nunc autem manet inquit
fides spes caritas tria hec maior autem horum est caritas
Sectamini caritatem Item dicit ad galatas vos autem
in libertate vocati estis fratres tantum ne libertatem in occa-
sionem carnis detis sed per caritatem spiritus servite invicem Omnis
enim lex in uno sermone impletur in eo quod diliges proximum
tuum tanquam teipsum Hoc est quod ad romanos ait Qui
diligit proximum suum tanquam legem implevit Sic dicit
ad colossenses super omnia autem hec caritatem que est vin-
culum perfectionis Et ad thimotheum finis mandati est
caritas Et adiungens qualis caritas de corde mundo
puro et conscientia bona et fide non ficta Ad corinthios
autem dicit Omnia vestra in caritate fiant Deus omnipotens
etiam ipsas correptiones quas asperas et amaras sen-
tiunt qui corripiuntur cum caritate et facientes Unde
alibi cum dicit sic corripite inquietos consolamini pusilla-
nimes suscipite infirmos patientes estote ad omnes
mox adiungit videte ne quis malum pro malo alicui
reddat Et ando corripiunt inquieti non malum pro ma-
lo sed potius bonum reddit Hec autem ora quoque nisi
caritas operatur Et apostolus petro ante ora magnam in-
tuam caritatem inter vos ipsum habentes quoniam caritas